

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XXVIII. Vtrum possit poenitens Confessionem diuidere, ne suum  
scandalizet Co[n]fessarium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

### *Caput III. De Qualitate*

maius, præferendum est ei, quod minorem  
continet ad sui obseruationē obligandi vim;  
Iam vitare damnum vitæ corporalis & spi-  
ritualis est iuris naturæ; Confessio autē an-  
nua, potissimum in Quadragesima est iuris  
humanī: Ergo necessarium nō est, pœniten-  
tem se talis damni periculo exponere.

*Quæstio XXVIII.* *Potestne pœnitens Confessionem diui-  
dere, ne suum scandalizet Con-  
fessarium?*

*Respoſio.* Obligatio integrè cōfitendi propter scan-  
dalum Sacerdotis vitādum, dubio pro-  
cul cessat; quia non minūs, imò magis tene-  
mur ad salutem spiritualem proximi cōser-  
uandā, & mortem spiritualē eius propulsan-  
dam, quàm ad vitandam corporalem prox-  
imi, vel propriam, & quàm ad vitandū pro-  
priam infamiā; sed si Confessio integrā fieri  
non potest, sine periculo verisimilis infamie,  
aut mortis corporalis alicuius, cessat obliga-  
tio integrè confitendi. Igitur etiam in casu  
præsenti.

Bernard. in Deinde ex regula B. Bernardi, Quod pro  
libro de di- charitate institutum est, contra charitatem  
spensat. & non debet militare. In casu autem, si esset ne-  
præceptis. cessarium integrè confiteri, hoc ipsum con-  
tra charitatem proximi militaret. Igitur in  
casu, nec D E V S, nec Ecclesia obligat ad ta-  
lem integritatem.

*Præ-*

Prætereà concurrentibus duobus præceptis, quæ simul obseruari non possunt; quod minus est, debet cedere maiori: Sed hoc in casu, maius est præceptum de vitando scando-lo Confessarij, in quo vita eius spiritualis periclitatur, quæm præceptum de integrè con-fitendo; cùm primum sit iuris naturæ, secundum sit positui iuris, vt constat. Præstat ergo diuidere Cōfessionem, quæm integrè cōfiteri.

Verūm diligenter hoc aduertendum est, dupli ex fonte posse Sacerdotis scandalum promanare, vel ex sua ipsius malitia, vel ex mera carnis fragilitate & ignorātia: Si priori modo contingit, vt quacunque oblata occasione in turpitudinē, vel peccatum sit propensus; nulla scandalivitandi habēda est ratiō, nec ob id Confessio est secunda; eò, quod per Confessionis integritatem Confessarius nullum vitæ spiritualis patiatur dampnum, cùm iampridem ob animi in peccatum pro-pensionem sit mortua. Testatur hoc ipsum Christus suo exemplo, qui suos docuit, non Ioan. 6.<sup>e</sup>. esse morandum Phariseorum scandalum, quod ipsi sibi accersunt, cuiusque ipsimet sunt caussa, nec proptereà ullum Christianæ religionis opus esse prætermittendum.

Secus est de scando nostri operis, quod alius per fragilitatem aut ignorantiam pati-tur: Id enim suminopere cauendum, ne alij simus ruinæ occasio, atque id est quod Pau-lus;

### *Caput III. De Qualitate*

1. Cor. 8. Ius inquit : Si esca scandalizat fratrem meū, non manducabo carnes in æternum.

2. Mach. 6. Illustre huius rei est exemplum in Eleazarō, qui, cùm esu porcinæ potuisset euadere mortē; ne suæ gentis hominibus foret scandalō, potiūs mortem fortiter oppetiit, quām carnis illecebra vitæ consuluit.

*Quæstio* Cūm apud Iureconsultos tritum sit il-  
XXIX. lud: Quod utilius scandalum nasci per-  
mittitur, quām Veritas relinquatur;  
cur propter scandalum Confessarij vi-  
tandum, integritas Confessionis tām  
seriò præcepta, præter-  
mitteretur?

*Respoſio.* REGVL A illa Iuris procedit, quando ipsa scandali permisso altiore iure non est prohibita: Si tamen vitare scandalum sit de veritate vitæ, sicut & integrè confiteri, nō est permittendum scandalum nasci, & tunc regula non procedit.

Aut dicatur, quod intelligenda sit de scan-  
dalo Pharisæorum, quod ex malitia est, non de scandalō pusillorum, quod ex fragilitate  
& ignorantia proficitur. Itaque pro de-  
bita regulæ intelligentia, attendenda est ve-  
ritas illa & scandali qualitas, & videre opor-  
tet, quid cui debet præferri.

*Quid*